

viator regius, aut equestris, *d' exploits*, de
 vadimonii actis aut scriptis, *de records*, de
 antestatis, *des relations*, de actis viatorum,
 aliaque, quæ inter pragmaticos potius ja-
 ctantur, quam ut ex Romanorum libris,
 aut in legum universitatibus possint addi-
 sci. Quin non minus hæc remota sunt à
 more & forma judiciorum Romanorum,
 quam mores Gallorum à moribus Tar-
 tarorum & Trogloditarum distant. Ade-
 oque si doctissimus quisque Jurisconsul-
 tus Gallus, quiqve in libris Justiniani sit
 exercitatisimus, palatium aliquod ingre-
 diatur, ibique silvestres has cantilenas
 audiat, ita novitium se & impeditum sen-
 tiet, quasi nec de legibus, nec de judiciis
 unquam aliquid audivisset.

CAP. X.

Comparatio modi jus docendi an-
 tiquorum, & nostri.

EX his evidenter apparet an Galliæ
 Universitates jure jactent (sicut supra
 diximus) se pares esse priscis in Persia lu-
 dis, quæ Justitiæ scholæ nominabantur.
 Nam Xenophon ubi de his scholis loqui-
 tur addit, juventutem istic exerceri soli-
 tam in legum, quas addiscerent usu: nec
 ma-